

456 Terribi arguitur exemplo, in quo vim facit Suarez, quia potest Rex dare, tanquam premium alicui militi equum, & arma propter opera bellica sequenti tempore futura dependenter ab illis armis, & equo; ergo etiam dari potuit unio, ut premium, propter opera futura dependenter ab eadem unione per modum anticipatae solutionis. Ad hoc exemplum quod fuit prius Magistri apud Scorum 2. *diff. 5. quæst. 1.* plura dicitur Revertentes. Sed brevier dicitur ex Divo Thoma *part. 2. quæst. 114. art. 5. ad 3.* non valere paritatem, quia in labore militis equo utrovis, & armis aliquid assignari potest antecedens usum equi, & armorum, quod movere potest Regem ad dandum illi equum in premium, nempe innata militis strenuitas, naturalis dexteritas, & industria ad dirigendum equum in bello, & armis utendum, & alia huiusmodi: atque ita Rex in casu posito non dat arma militi propter usum belli futurum ab illis dependentem, sed propter industriam, & alia opera, quæ a milite fieri possunt independentes ab armis: in Christo autem nullum assignari potest opus antecedens unionem, quod Deum movere possit ad restituendum illi unionem in premium, cum prima, & radicalis ratio meriti in omnibus eius operibus ab unione ipsa proveniat: tunc quia arma non sunt principium meriti in milite, futurumque fuit principium meriti in Christo, siquidem arma non fortificant militem alias de se ipsam, sed tantum sunt instrumenta, quibus utitur miles ad pugnam, ac unio sanctificat, & dignificat humanitatem Christi, ut possit apud Deum mereri.

457 Dices, posse Regem dare arma, & equum militi in premium victoriæ, quasi usum mediantibus contingeretur; & sine quibus eam consequi non posset, ergo pariter Deus dare potuit unionem hypostaticam humanitati Christi in premium operum, quæ ea mediante faceret. Negatur assumptum, quia ut daretur militi illud premium propter opera, tanquam propter meritum, opus esset, ut antequam daretur illud, videret opera futura, quia ut dicitur est, meritum non est causa præmii, nisi à præmiante cogitatur, ut absolute futurum; hoc autem admitti nequit in casu posito, quia Rex videre debet, quod miles illa opera habebit usum, antequam habere voluntatem dandi arma; hoc autem fieri nequit, quia victoria, ut supponitur, ab illa voluntate dandi arma dependet: itaque in casu posito Rex datus arma militi in ordine ad victoriam consequendam, quam sine illis videri obtineri non potest, moveri à victoria ad danda illi arma, tanquam à causa finali, non tanquam à causa meritoria: quia ut sic moveretur ab ea, deberet videre illam futuram, antequam vellet dare arma, à quibus supponitur dependere, quod implicat: & sic etiam in proposito nostro illa provisio in Deo factis esset ad constituendam causam finalem, non verò causam meritoriam, quia implicat meritum præcedere radicem, & fundamentum unum meritum.

458 Dices, licet non posset Rex dare militi arma in premium absolute futuram, potest tamen dare sub conditione, si consequatur victoriam; sed merita conditionate futura possunt esse causa meritoria sufficientes ad dandum premium anticipatè. Negatur sursum minor, quia meritum sub conditione futurum nullum habet jus in premium, ut dicitur est, & ideo nequit esse causa præmii; alioquin posset Deus aliquem damnare, vel salutare propter merita; sed de merita conditionate futura, quod est falsissimum; si igitur Rex daret arma propter victoriam conditionate futuram, moveretur ab operibus conditionate futuris, tanquam à causa finali, non tanquam à causa meritoria; ex amore enim victoriæ daret arma, tanquam media, ut miles eam consequeretur; neque daret arma in premium, sed gratis, sub conditione operum futurorum, medio contractu innominato *de ut facias* ita ut iis factis essent sub dominio militis, iis vero non factis redderentur Regi. Unde ex ipso allato exemplo convincitur, non esse idem principium meriti, & premium, quia principium meriti, quod miles habebit utendo strenue concessis armis, est armorum prima donatio, seu commodatio facta ipsi à Principe; premium autem est continuata armorum retentio seu obsequio, & dominium eorundem; atque ita data sunt arma ab initio militi, non quia miles meruerat, vel meriturus esset, sed potius ut mereretur; postea verò perseveravit in dominio militis ex meritis iam factis, ut passim Revertentes notant.

Sed insunt Bellutus, & alii, dationem armorum ab initio non esse gratuitam donationem, quia peracta pugna, & laudabilis concarceratio, tenetur Rex ex iustitia, & ex pactione militi arma concedere, ut premium suorum laborum consequentium, & non dando peccat contra iustitiam, quod non esset, si arma non haberent rationem præmii; & licet solum peracta pugna arma incipiant habere rationem præmii, hoc parum refert; sufficit enim premium posse antecedere in executione meritum; imò etiam ab initio dici potest aliquo modo

habere arma rationem præmii, tunc solum militi debeantur, & promittantur ratione operis, & laboris futuri, quod non esset, si non haberent rationem præmii: donum enim non promittitur, neque datur in ordine ad opera futura, sed omnino independentes ab illis, aliter non esset amplius donum, neque gratia, sed premium, & merces: Tum quia per dationem armorum, tanquam per anticipatam solutionem fuit translatum dominium, & acquisitum jus ex utraque parte, quod etiam evenit in aliis contractibus humanis, ut cum aliquis erogat anticipato tempore pecuniam, vel aliquid aliud operariis, vel Fabris propter aliquod opus postea exequendum, ex qua pactione operariis, si non adimplent conditionem, non solum debent restituere pecuniam, sed etiam ex iustitia tenentur ad omnia damna, quod non esset verum, si erogatio pecuniae fuisset sola donatio conditionata, nam tunc miles, vel operariis non teneretur ad restitutionem donati.

Respondeo per hoc probari solum dationem armorum non fuisse simplicem, & absolutam donationem, sed potius promissionem, & commodationem eorum sub conditione operum futurorum medio contractu innominato *de ut facias*, ita ut iis factis essent sub dominio militis, iis vero non factis redderentur Regi, quod gratis conceditur: & hoc colligitur saltem esse, quod in datione armorum ab initio translatum fuerit dominium absolute, & acquisitum jus ex utraque parte; non enim intelligitur translatum dominium armorum, nec jus acquisitionis ex parte militis, nisi adimpleta conditione: Ex quo etiam deducitur illam dationem armorum ab initio non habuisse absolute rationem remunerationis, & compensationis, nec arma rationem præmii, quia in largitione præmii transfertur dominium rei dante in merentem, quod hic non evenit; Quod adhuc evidenter ostendo, nam si miles non consequatur victoriam, ob quam arma sunt data, quæro an arma essent militis, necne? si non sunt militis, sed ad restitutionem tenentur ut arma, quod antea nullatenus habebat absolute, sed tantum conditionate, quod sufficientes non erant ad ipsam constituendum verum dominium armorum; Quod si contentas etiam antea fuisse dominium armorum ex vi contractus iuri licet conditionati, ergo factus est dominus armorum, sine ullis meritis subsecutus, quia supponimus non constituitur esse victoriam, nec strenue se gessisse, concludo itaque quod quando data sunt arma militi sub conditione, ut pugnet, non fuerit data in premium prævisi meriti, sed fuit contractus innominatus *de ut facias*, & sic evenit in aliis contractibus humanis in argumento adductis, atque ideo bene dixerunt Faber, & Censinus in præfati, illam anticipatam solutionem non habere rationem præmii, sed potius esse quandam accommodatorem, seu mutuum, vel contractum explicatum *de ut det, vel facias*, & solum post laborem, & parta victoriæ, æquum, & arma habere rationem præmii, non autem antea.

Dices tandem, ex exemplo militis adducto sic explicato concludi saltem, quod Christus mereri potuerit, si non productionem unionis, saltem conservationem, & perseverantiam in ea, quia potuerit Deus esse dare humanitati assumptæ unionem hypostaticam cum hac conditione, quod si Christus bene operaretur, postea mereretur illius continuationem, & perseverantiam. Respondeo concedendo eorum, sic enim aliud est premium, & aliud est meritum, & principium meriti non cadit sub merito, sicut caderet merendo primam unionis productionem, quia premium est unionis jam productæ conservatio, quæ continuatio non est radix valoris in primo illo opere, per quod Christus illam continuationem meruisset; De facto tamen probabilis est, nec eam continuationem meruisse, quia cum rei productio à conservatione non distinguitur, quoad principale significatum, ut dicitur est in Physica, qui non meretur aliquidus formæ productionem, a neque mereri censetur illius perseverantiam, sicut homo iustus, quia non meretur primam gratiam, ita neque peritiam illius continuationem, & perseverantiam; quod si natura rei debuit esse, hoc non solum sub merito cadere; sed perpetua conservatio ex natura rei debita est unioni, sicut visum beatæ, & animæ rationali, ergo sicut horum conservatio non cadit sub merito, ita nec conservatio unionis hypostaticæ, quæ ratione etiam dici debet non meruisse extensionem unionis ad omnes partes materie, quas paulatim per nutritionem acquirere, quia illa unio partialis, vel extensiva sequitur ex vi primæ unionis, & ex natura rei debita est. De restitutione vero unionis, quæ tempore resurrectionis facta est in humanitate, dicendum, quod si unio humanitatis cum Verbo addit aliquod supra unionem partium, Christus talem unionem meruit, sicut meruit resurrectionem, quæ sine tali unione non poterat, quod si nihil addit supra unionem partiales, ulla merito opus non fuit,

Poste-

461 Postremo obicitur, non implicat primo ordinare aliquem ad aliquid, ut ad donum, & postea secundo ordinare ad idem ut ad premium, & ut ad coronam, ut patet de facto in electione prædestinatorum ad gloriam, quæ electio ex eo communi Thomistarum, & Scotistarum sententia facta est independentes à prævisione meritorum, quibus tamen meritis prævisis, ipsi quasi iterum eliguntur ad gloriam, veluti ad coronam, & premium; ergo idem poterit in presenti evenire, quod Deus ex sua liberalitate ordinaverit humanitatem Christi ad unionem hypostaticam, & postea providendo opera eius bona futura, quæ ab huiusmodi humanitate unita provenire debebant, iterum eam ordinare ad talem unionem, veluti ad coronam, & premium ex eius propriis meritis debitum.

462 Respondeo non valere paritatem de gloria, & unione hypostatica; primo quia licet electio ad gloriam sit prima ordine intentionis, tam est ultima in ordine executionis, & se habet ut effectus finalis, ad quem merita præcedunt; at unio hypostatica, sicut prima est ordine intentionis, ita etiam executionis, & ideo habere non potest rationem effectus respectu operum Christi ab ipsa procedentium; Deinde quia gloria non est principium meriti beatorum, sed finis secundum illum, & ideo sic cadit sub merito, non sequitur principium meriti cadere sub merito; at unio hypostatica in Christo fuit principium & radix cuiuscumque operantis meritorie Christi, & ideo sub merito cadere non poterat; unde ut patet valere, sumi debet exemplum de prædestinatione ad primam gratiam, quæ quia in nobis est principium omnis meriti, ita gratuito homo prædestinatur ad eam, ut rursus nequeat ad eam ordinari ex ulla prævisis meritis, tanquam ad premium, & coronam. Vide Suarez *loc. cit.* ad consequenter loquendum non dubitasse admittere fieri quodque posse de potentia Dei absolute, ut homo per opera sequentia, & procedentia ex ipsa prima gratia auxiliante mereatur eandem ipsam gratiam, quam antecedenter accepit, & sic etiam fieri posse, ut homo, per opera sequentia post justificationem mereatur de condigno gratiam primam sufficientem, quam acceptat, quod postea late defendit Coninch *lib. 1. de virtutibus disp. 8. art. 7.* & quod gratiam sanctificantem Gran. *art. 1. d. 4.* & hoc idem tenet Bellut. *loc. cit.*

Verum Scotus 2. *diff. 5. quæst. 1.* oppositum expressè docet. *S. in ista questione*, ubi negat posse aliquem mereri primam gratiam per opera subsequenter prævisia, quia tunc gratia, inquit non esset gratia, quia esset ex meritis, quibus verò significat, id implicare contradictionem ex natura rei, quia repugnat gratia, ut gratia esset ex quo deducitur, hoc argumentum probare non tantum de potentia ordinaria, ut ait Suarez, sed etiam de absolute, quia probat implicare contradictionem, ut bene advertit Faber; quod evidenter deducitur ex axiomate Patrum, & Theologorum, quod principium meriti non cadit sub merito, quia principium meriti se habet in genere causæ efficientis, & sic utique se habet prima gratia auxilians respectu operis, quod eius virtute fit; & rursus causalitas meriti erga premium reducitur ad genus causæ efficientis, & in hoc genere est medium ad illud consequendum; at implicat duo esse sibi invicem causas in eodem genere causandi ex dictis *disp. 8.* Phys. quia tunc idem respectu eiusdem esset simul causa, & effectus, quæ est manifesta implicentia; Tum quia implicat dicere, si opus i quia confertur gratia, & confertur gratia, quia sit opus, item datur auxilium propter faciendum opus, & sit opus propter consequendum auxilium; at hæc omnia planè sequuntur in eadem gratia sic premium operis ex ea sequentis; ergo prima gratia nequit cadere sub merito operis ex ipsa consequentis.

465 At inquit Bellutus hæc rationem apud Scorum de potentia absolute non concludere, quia in *1. distinctione 17.* docet gratiam non ex natura sua, sed ex ordinatione; vix esse principium meriti, & posse actum aliquem purè naturalem de potentia absolute acceptari à Deo, tanquam de condigno meritorum aliquo præmio; licet ergo in casu de potentia Dei absolute sequatur gratiam non esse principium meriti, neque esse gratiam, sed mercedem; hoc tamen secundum Scotum non implicat; unde inquit argumenta adducta urgere contra Suarez, qui etiam in eo casu admittit gratiam esse principium meritorum subsecquentium, quibus obicitur in premium, aut iuxta Scoti sententiam in eo casu gratia obtineretur per actus pure naturales, non autem per actus ab eæ precedentes in ratione gratiæ. Ceterum quævis hæc à P. Collega meo satis subtiliter dicantur, patet tamen sua non satisfaciunt in eo enim sensu dixit Scotus 1. *dist. 17.* de potentia Dei absolute posse actum ex solis nature viribus elicium acceptari, ut meritum premio inter supernaturali, quatenus persona operans supponeretur antecedenter Deo gratia, & accepta per quandam specialem extrinsecam acceptationem, quæ in eo casu suppleret vires, tam gratiæ habitualis, quam actualis, quæ dantur homini, ut se disponat, ad gratiam iustificatam, à prima vocatione aliquæ ad ultimum dispositionem esse ex meritis Christi; Ex hoc etiam

460 ceret pura natura ad meritum, sed interveniret adhuc specialiter Dei beneficium, quod actus ex solis nature viribus elicitus fieret premio supernaturali proportionatus, & specialiter Deo acceptus, ut ibi explicatur est.

Ex quo deducitur, quod omne opus meritorium nostrum etiam de potentia Dei absolute loquendo, procedit ex aliquo primo beneficio Dei gratis exhibitio, sive hoc fit per modum habitus permanentis, sive per modum actus transientis, sive per modum actus specialis extrinsecæ acceptationis, ut in casu posito eveniret; ita quod impossibile est opus nostrum esse gratum, & meritorium apud Deum sine gratia, vel beneficio divino gratis dato aliquo ex predictis modis; ergo pariter impossibile est, ut recte dicit Faber, quod beneficium illud possit per aliquod opus mereri, quoniam opus meritorium semper præsupponit illud, tanquam fundamentum, & ideo repugnat operi meritorio ad illud gratuitum beneficium ordinari, tanquam illius meritorium, & tanquam morale causa n extitit illius, & pariter tanquam effectum illius, & ab ipso accipere vim merendi hoc implicentiam superius adductas; ad hoc quod universaliter verum fit de potentia Dei, tam ordinaria, quam absolute, posse dari meritum præmii supernaturalis sine aliquo gratuito beneficio: quod fit principium meriti, & in casu posito esset specialis Dei acceptatio, tam operis, quam personæ merentis; & tale principium merendi nunquam posse cadere sub merito, & esse premium meriti, cuius est principium Pluribus etiam explorata est doctrina illa pluribus Scotis familiaris, quod meritum totaliter consistat in acceptatione divina ex Scoto 1. *diff. 17. q. 11.* ad hoc quæ acceptatio posse quæcumque actu purè naturalem, ut de condigno meritorium premio supernaturali. Quoniam inter meritum, & præmium debet intervenire aliqua proportio, alioquin actus ille, vel erit solum meritorium de congruo, vel concurret per modum puræ conditionis ad consequendum, quod pro eo datur non autem per modum meriti. Tum quia aliquoquin Deus acceptare pro merito de condigno etiam actum naturalem purè indifferentem, quod est saltem, quia bonitas meritoria necessario supponit in actu bonitatem saltem moralem, ut Scotus docet quodlib. 17. & alibi frequenter, quod si Deus premium supernaturali concederet pro actu indifferenti, tunc iste interviret purè per modum conditionis, & nullatenus per modum meriti. Tum tandem, quia falsum est Scotum loco citato, dicere meritum totaliter consistere in acceptatione divina, inquit enim solum consistere in ea complete, seu per modum complementi; quibus verbis significat al aliquid præiudicium conditionis in actu, ut possit dici meritorium, antecedenter ad divinam acceptationem, licet hæc sit prior necessaria ad rationem meriti completam; quod etiam quomodo intelligendum fit de mente Doctoris, late explicatum est q. 4. huius disputationis, ubi distinximus pro hoc puncto percipiendum duplicem acceptationem, unam habitalem, & aliam actualem.

QUESTIO DUODECIMA.

Quid Christus meruit nobis.

467 Conveniunt cum Scoto 3. *diff. 19. quæst. 1.* Christum Dominum meruisse omnibus lapsis omnem gratiam illis collatam, ut resurgant, atque ita gratiam iustificatam, & remissionem peccati, tum orignalis tum actualis, quod expressè docuit D. Paulus ad Rom. 3. *Insufficientis gratiæ per gratiam ipsam per redemptionem, quæ est in Christo Iesu*, ubi dicitur iustificari gratis respectu operum nostrorum, quia opera nostra non merentur iustificationem, non verò respectu meriti nostri Christi, quia nostra iustificatio pendet ex meritis Christi; etiam in notat Scotus 4. *diff. 2. quæst. 1.* nullum esse inconveniens, gratiam habere causam meritoriam extrinsecam, licet non possit habere causam sui meritoriam de condigno, etiam postea de congruo, respectu illius; cui confertur. Idem docuit ad Ephel. 1. *in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum divitiis gratiæ eius, quæ superabundavit in nobis*, & idem docet Trid. *sess. 6. cap. 7.* ubi dicitur, Christum fuisse causam meritoriam nostræ iustificationis, quæ necessaria includit remissionem peccatorum; Et ratio est quia, hæc est præcipua causa, cur Christus pati, & mortui voluerit pro nobis satisficere, & nos à servitute peccati redimeret, ac Deo gratos, & acceptabiles redderet.

Solum est aliqua difficultas, an Christus meruerit nobis etiam dispositiones, quibus præparamur ad gratiam iustificatam, & peccatorum remissionem cuiusmodi sunt motus fidei, spei, dilectionis, & contritionis; Quam enim id negasse videntur apud Vasquez *disp. 77. cap. 1.* Communis tamen docet, auxilià quodque gratiæ excitantis, & adiuvantis, quæ dantur homini, ut se disponat, ad gratiam iustificatam, à prima vocatione aliquæ ad ultimum dispositionem esse ex meritis Christi; Ex hoc etiam

fatis

facis expresse significat Scotus loc. cit. dicitur, Christi meritum in hoc preteritum consistit, ut nobis primam gratiam meruerit, ubi per primam gratiam, non tantum intelligit primam gratiam habitalem, seu iustificatorem, sed etiam actualem, seu excitantem. Quod etiam satis clare colligitur ad Ephes. 1. *Qui benedixit nos omni benedictione spirituali in celestibus in Christo*, ubi sub omni benedictione spirituali plenè continentur predictæ dispositiones, & motus fidei, spei, & charitatis; Et adhuc clarior habetur 2. ad Timor. 1. *Vocavit nos vocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propostum suum, & gratiam, que data est nobis in Christo Iesu*, hoc est, per meritum Christi. Hoc tandem suadet quoque manifesta ratio, quia Christus fuit perfectissimus Redemptor; ergo per illum omnia habemus auxilia, que ad perfectam redemptionem requiruntur, atque ita etiam dispositiones ad remissionem peccatorum. Tum quia Christus constitutus est caput hominum; ergo omnis gratia, que ad iustificationem spectat, ex merito eius est habenda, consequentia patet, quia caput debet influere in membra, neque est maior ratio, cur una gratia potius, & non alia per ipsum daretur; Quædam in contrarium obijci solent, que breviter, & facile expedita videri possunt apud Beccanum cap. 14. qu. 10. & Gallium in Comentario ad qu. 19. cap. 9.

469 Quando igitur dicitur, Christum gratiam nobis meruisse, non est intelligendum tantum de prima gratia iustificante, aut eius augmento; sed quia per gratiam gratis datam homo disponitur ad iustificationem, Christus meretur, ut indispotus per tale medium disponatur, & hoc est maximum in Christi merito; sed in infantibus hoc meritum operatur sine ulla eorum cooperatione, in adultis verò cum eorum cooperatione, ita tamen ut totale meritum de condigno sit ex parte Christi, attritio, vel contritio ex parte adulti sit meritum de congruo; Conveniunt etiam omnes nobis Christum meruisse quoque vitam æternam iuxta illud Ioan. 10. *Veni, et vitam habentem, & abundantius habentem*; & Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro*, & in eodem sensu dicitur Hebr. 10. Christum sua morte aperuisse nobis ianuam Regni Celorum, que antea erat clausa propter peccatum primi parentis, ut explicat Doctor loco citato, & probat, quia Christus per suam passionem amovit obstaculum paradisi spirituales, id est, in clara Dei visione; in die verò Ascensionis per sui ingressum corporalem aperuit ianuam paradisi corporalis; sed in ianuam gratia aperienda solus Christus operatus est, licet post ianuam apertam electi etiam de condigno cooperentur ad ingressum. Notat verò Doctor meritum Christi dupliciter considerari posse, vel quoad sufficientiam, vel quoad efficaciam, primo modo consideratur in se, & veluti in actu primo; secundo modo consideratur, ut ponitur in effectibus, & in infallibiliter habet suam effectum ad pariter; pro illis meretur quoad efficaciam, quod gloriam consummatam de facto obvenit, & gratiam in ordine ad illam gloriam, ac etiam culpæ, & pænæ remissionem, quo pacto solus electus, seu predestinatus remittitur culpa, & pænæ, & conceditur gratia, & gloria propter Christi merita, atque pro illis solis, & Christus efficaciter obtulit & Deus efficaciter accepit; Quoad sufficientiam verò meretur, & satisfecit pro peccatis omnium, imò pro infinis, si tot essent, & pro pœnis debitis pro peccatis omnium, ut habet Ioan. 2. *Ipsi est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed pro totius mundi*, & 2. Corinth. 5. *Pro omnibus mortuus est Christus*, quod plane intelligendum est quoad sufficientiam, non quoad efficaciam, quia constat plurimò damnum, quibus Christi meritum recipi nihil potest ad effectum salis.

470 Sed contra prædicta obijciunt, quia non videtur, quomodo potest Christus illi dona promeruisse SS. Patribus, qui ipsum præcesserunt, merito enim videtur ex natura sua non posse applicari pro aliqua re iam obvenia, sed pro obtinenda. Tum quia si gloriam eis promeruit, tunc eis data fuisse, quod tamen constat esse falsum. Tum tandem, quia merita Christi pendebat ex eo, quod vellet ipse illa opera offerre, & Deus acceptare, sed tale pactum nequit esse inter Deum, & Christum ante realem eius existentiam; ergo promereri nequit illis præfatis Sanctis Patribus. Respondet verò ad hoc assertio solutio: Card. de Lugo disp. 27. sect. 3. à nu. 33. sed breviter dicendum est, minimè opus fuisse, quod Christus præcesserit, ut hæc dona SS. Patribus promeretur, quia causa moralis, sicut fuit merita respectu præmi, causare potest, antequam existat, licet illi repugnet causæ physicæ, ut dicitur in 2. ad Cor. 13. quæ sufficit, ut merita Christi præcesserint in prævisione Deientem ut ait Doctor disp. 19. cit. *Sed hic sunt actiones Christi, ut prævisæ à Deo exhibentur in tempore, fuerunt nullum accepit toti Trinitati, ut ratione illarum disponeret Deus ante quæ Patribus aliquid boni conferre, atque idem ut aliquid rationem meriti habebat apud Deum, facta est, quod sit prævisum, & ut tale acceptatum, nec est opus voluntariam oblationem præcedere præmi exhibitionem, Ad*

2. negatur sequela, quia Deus merita Christi tali pacto eis applicavit inquit Scotus, ut primus qui Celum ingrederetur, esset ipsemet Christus, & idem illud minime obstat, quia eis potuerit gloriam promereri. Ad 3. negatur minor, quia talis oblatio, & tale pactum erat in intentione Dei, qui bene prævidit Christum tale pactum inituram, & talem meritorem oblationem sibi futurum.

Hæc tamen dox adhuc supersunt difficultates maxime controvertæ; Prima est an Christus mereretur nobis æternam predestinationem, & electionem ad gloriam, sumendo predestinationem, non ut dicit actum divinæ voluntatis, ut sic enim nequit habere causam aliquam, sed ut dicit terminationem liberam divinæ voluntatis circa electos, & predestinatos, que difficultas licet tractari soleat in tractatu de predestinatione, apertius tamen spectat ad hanc materiam de Merito Christi, Altera est, an etiam Angelis primam gratiam sanctificantem meruerit, & primis parentibus ante lapsum, que duæ difficultates duobus sequentibus articulis resolvantur.

ARTICVLVS PRIMVS.

An Christus nobis meruerit æternam predestinationem, & electionem ad gloriam.

471 Tres hic sunt sententiæ, duæ extremæ, ac tertia veluti media; Prima absolute affirmat, que est valde communis in Schola Thomistarum, & refertur fuisse Alensis, D. Thomæ, & D. Bonav. quam secuti sunt Cajet. Bannes, Caterin. Molina, Valentia, Valquez, Grandæ. Hericæ, Lugo, Amicus, Morandus, Averfa, & ex nostris Poncius, ac passim alii Recentiores; Altera extrema negat Christum meruisse nobis æternam predestinationem, five ad gloriam, five ad electionem, & ait executionem summatim illius cadere sub merito Christi, quæ quicquid gratiæ, & gloriæ nobis in executione datum est per Christum datum est; tanquam per causam meritoriam, tanquam eiusdem gratiæ & gloriæ quoad predestinationem non fuerit nobis meritoria causa gratiæ, sed sola Dei voluntas, que fuit expressa Scoti sententia 3. disp. 19. qu. unic. *S. in ista questione*, & sequenti ad secundum, quam sequuntur Scotiste passim, tam veteres, quam Recentiores, Tatar. Lichetus, Balsolius, Faber, Arellanus, Gallus, Belluus, S. Michælis, & alii etiam Recentiores; Tertia tandem sententia veluti media, distinguit electionem ad gloriam potest dupliciter considerari, vel ut dicit divinam dilectionem circa tale obiectum, vel ut concomitantem connotat habitudinem ad alium non electum, vel ut dicit electionem huius præ illi, primo modo ait Christi meritum fuisse nostræ predestinationis causam; secundo modo negat, sed quod hi potius, & non illi licet electi inquit, proveniit ex divino beneplacito, quomodo opinione tradidit Suarez 3. disp. 1. sect. 4. & lib. 2. de predest. cap. 22. & sequitur ex nostris Vulpes 1. p. tom. 2. disp. 38. art. 8. & 4. parte disp. 19. art. ultimo & approbat etiam Auctus 3. disp. 19. art. 5.

472 Primo probari potest assertio; ostia omnia illis Scripturæ testimoniis, que electorum predestinationem revocant in divinam voluntatem, & opus appellant meræ misericordie, nec aliâ rationem adducunt primi propositi salvandi electos, quam laudem gloriæ gratiæ Dei, & ostensionem bonitatis eius, prout gratiæ, & bonitatis contra iustitiam distinguitur; si autem propter meritum Christi emanasset primum illud propositum salvandi electos, iam eis ratio esset offensio iustitiæ, cum meritum Christi sit infinitum, & de rigore iustitiæ est nostra salus debeatur, eo modo quo Deus potuit cum Christo homine obligationem contrahere iustitiæ; ita ad Ephes. 1. *Predestinavit nos secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ*, & ad Roman. 9. *Non volentis, neque currentis, sed Dei misericordie*, & rursus ibidem, *Ostendit divitiis gloriæ suæ in vasa misericordie que preparavit in gloriam*, & alia testimonia patim habentur in Scriptura, que prædestinationem electorum, primumque illud propositum dandi gloriam, appellant opus misericordie, & puræ liberalitatis; effectus autem opus iustitiæ, & remuneracionis, si fuisse nobis decreta, & collata, tanquam merces debita operibus Christi. Hoc idem ostendunt alia testimonia, quibus faceret Christus electos fuisse sibi à Patre datos, ut Ioan. 17. *Rego pro eis, quos dedisti mihi, Pater sancte, ut non desint illis misericordie eiusdem, &c.* quo loquendi modo significatur acquisitionem illorum non fuisse promerita quoad primam voluntatem dandi illis Christo alioquin dicit non possent à Patre Christo donari. Idem confirmat alia testimonia, quibus significatur Deum ex mera charitate salvandos elegisse, & pro eorum salute exequenda meritum Christi illis providisse, ut ad Ephes. 1. *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccato, convulsit nos in Christo, cuius gratia estis salvati*, & Ioan. 3. *Sic Deus levis magnam, ut filium suum unigenitum daret, & similia, quibus*

bus innuitur electionem ad gloriam fuisse priorem provisionem illi, & provisionem meritum Christi. Ac denique probatur illis eisdem testimoniis, quibus Adversarii ostendere nituntur Christum nobis predestinationem quoque ad gloriam promeruisse, ut ad Ephes. 1. *qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum voluntatis suæ, in quo nos sorte vocati sumus, predestinavit secundum propositum suum, hoc enim loquendi modo ita refert predestinationem nostram in merita Christi, ut nihilominus semper addat nos esse predestinatos secundum gratiam Dei beneplacito; quod per hoc significat predestinationem nostram quoad ordinem intentionis, ut importat primum omnino decretum dandi gloriam; per illud verò significat secundum ordinem executionis non esse predestinatos ob merita Christi, ut plures exponunt Patres apud Smiling, tract. 3. de provid. Dei disp. 6. n. 634.*

474 Respondet Amicus disp. 26. sect. 12. in fine concedendo nostram predestinationem non esse opus misericordie, & puræ liberalitatis, sed remuneracionis, & iustitiæ respectu Christi, qui suo merito eam sibi debuit fecit; fuisse tamen opus misericordie, & puræ liberalitatis respectu nostri, quibus omnino gratis, & decreta, & collata est; sicut nos quoque supra dicebamus de iustificatione per gratiam; dicit enim gratis iustificari respectu operum nostrorum, non respectu meritorum Christi; Cùm ergo Scripturæ, & Patres nostram predestinationem ad gloriam vocat opus puræ misericordie, & liberalitatis, intelligunt respectu nostri, non respectu Christi.

475 Ceteram si præcetera Scripturæ testimonia alius expendantur, ita tamen apparere respectu nostra, siquidem ita itaque electionem ad gloriam esse ex sola bonitate, misericordia, & liberalitate Dei, ut excludant quodcumque meritum in alio, hoc est, non solum in nobis, sed etiam in Christo, quod præsertim clare deducitur in loco citato ad Roman. ubi nulla in aliam rationem electionis ad gloriam assignat. Apobolus nullam aliam rationem Deo ostendit divitiis gloriæ suæ in vasa misericordie, que præparavit in gloriam, quod adhuc evidentius indicat similitudo signi, quæ gratiam electionem explicat, sicut enim ex parte luci nulla est ratio, quod ex ipso facti aliquid vas in honorem illi est solo pater, qui beneplacito, ita ex parte hominum nulla est ratio, cur quidam eius eligantur; effectus autem ratio ex parte hominum, si quibusdam Christus electionem meruerit, siquidem est non ex propriis meritis, tamen ex meritis Christi habentem proprium, sibi que acquiritur us ad electionem, ut bene dicitur Smiling, loc. citato. Et quidem quod hoc eadem est planè ratio de gratia, & gloria, quod Christus nequaquam nobis meruit æternam predestinationem five ad gloriam, five ad gloriam, sed executionem dumtaxat illius, quatenus quicquid gratiæ, & gloriæ nobis in executione datur, per Christum datum est & tamen eiusdem gratiæ, & gloriæ quoad predestinationem non fuerit nobis Christus causa meritoria, sed sola Dei voluntas, & hoc solum inter gratiam, & gloriam potest notari discrimen quoad executionem eorum, quod gloriæ quoad executionem non tantum dedit sub merito Christi, sed etiam nobis propriis, & gratiæ iustitiæ consequente dedit tantum sub meritis Christi, non autem sub nostris loquendo de prima gratia iustificante. At verò loquendo de æterna predestinatione ad utramque hoc est, de illo primo supposito dandi gloriam, & gratiam in ordine ad eam, utrumque est donum meræ gratuitum excludens, tam merita nostra, quam Christi.

476 Respondet aliter Baldus 7. de Merito Christi difficult. 7. distinguens duplicem predestinationem, aliam antecedentem, quæ vult Deus omnes homines salvos fieri; alteram consequentem vult ad finem supernaturalem solum illos reducere, quos misericorditer eripit de massa perditionis post prævium originale peccatum; de prima inquit verificari quod nullis prævisis meritis predestinatur; de secunda verò, quod predestinatur ex meritis Christi, & ex visione boni voluntis liberi arbitrii; prima facta est solo beneplacito voluntatis divinæ, secunda verò ex meritis Christi prævisis; acque ita explicat auctoritates allatas, & exin de probat hanc distinctionem duplicis predestinationis esse faciendam, que si unam tantum concedimus predestinationem, de eodem, & secundum eandem verificatur contradictoria, scilicet, predestinari per Christum, & non predestinari per Christum, utrumque enim habetur in hoc cit. ad Ephes. 1. quod predestinati unus secundum propositum voluntatis Dei, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ; & nos fuisse predestinatos per Christum; & ad evitandum ergo contradictionem distinguitur illud est predestinatio antecedens, & consequens, & dicendum primam fieri ex beneplacito divinæ voluntatis, secundum verò ex meritis Christi.

477 Hæc etiam responsio in multis deficit, primo in eo, quod voluntatem illam generalem in Deo dandi gloriam, quæ vult omnes homines salvos fieri, incepte predestinationem appellat, quia per predestinationem consequitur apud Augustinum, alio-

que Patres, & Theologos intelligi specialis voluntas dandi gloriam electis, quæ est effectiva, & absoluta, non autem inefficax, & conditionata, sicut est illa generalis; Deinde quia in præceteris locis, & præcipue ad Ephes. in tota illa auctoritate sic sermo de predestinatione consequente, quæ est voluntas effectiva, & absoluta dandi gloriam, ut constat legitur textum; unde ad tollendam illam contradictionem, præstat differentiam de predestinatione consequente, & proprie dicta quoad ordinem intentionis, & executionis, & quod præcetera primam considerationem dicitur fieri ex merito Dei beneplacito, & iuxta aliam ex Christi meritis, ut explicatum est n. 473. in fine. Denique quia falsa affirmatur, quod predestinatio electorum, facta sit post provisionem peccati originalis, cùm potius facta sit ante, ut ait Doctor disp. 19. cit. *S. in ista questione*, & nos iam diximus suo loco lib. 1. disp. 5. n. 218. & quidem loquendo de voluntate, quæ potest prævium peccatum vult predestinatos efficere, & infallibiliter beatitudinem consequuturos, certum est provenire ex meritis Christi, nam talis voluntas supposita ordinatione, quæ vult homines redimi per Christum necessariam habet connexionem cum Christo, & que id est utitur meritis Christi; non tamen primam illud omnino propositum dandi gloriam, de quo præsertim hic est sermo.

478 Respondet tandem Suarez loc. cit. electionem ad gloriam dupliciter considerari posse, vel ut dicit divinam dilectionem circa tale obiectum, vel ut concomitantem connotat habitudinem ad alium non electum, seu ut dicit electionem huius præ illi; primo modo ait Christi meritum fuisse causam nostre predestinationis, secundo modo negat; quod enim hi potius, quam illi fuerint electi, ait prævisæ ex divino beneplacito provenisse; quod talis declaratur exemplo; si Princeps aliquid propter propria merita exhibita postularet, à Rege dignitatem aliquam pro uno ex filijs, quos habet, certe Rex dignitatem unam ex filiis conferret, quia merito Patris actam quod hic potius, & non ille fuerit electus provenire; ex sola voluntate Regis; Ratio autem cur electionem ad gloriam in secundo sensu totaliter in Dei voluntate refundat, est, quoniam non videtur conveniens, ut negotium, tam arduum, & præcipuum, qualis est nostra predestinatio, reverteretur in dispositionem, & beneplacitum humane voluntatis Christi; ita ut divina voluntas deberet se conformare voluntati creatæ; hoc autem sequeretur, si Christus fuisset causa predestinationis nostre, non solum in ratione dilectionis, sed etiam in ratione electionis unius præ alio; tunc enim verum dicitur, Deum hos potius elevisse quam illos, quia providit Christum merita sua efficaciter obtulatur potius pro his, quam pro illis; hoc autem est contra illud Pauli ad Ephes. 1. & Ioan. 8. ubi dicit predestinationem, vel electionem ad gloriam peractam esse secundum consilium, & propositum voluntatis æternæ.

479 Hæc etiam responsio reijci potest, quia distinctio illa præ destinationis à Suarez excogitata in ratione dilectionis, & in ratione electionis unius præ alio, omnino conficta videtur, quia volitio gloriæ Patris, tam in ratione dilectionis, quam electionis est eadem; ergo si sub una ratione datur propter merita Christi, etiam sub alia. Sed quæ sit de ea distinctio, ea adhuc admittit, responsio allata non satisfacit, nec sufficienter solvat testimonia Scripturæ adducta, quibus docemur nos ad gloriam predestinari ex divino beneplacito; quia si semel admittatur Deum predestinatos elevisse propter Christi merita sequitur Christum fuisse causam meritoriam in predestinationibus, non tantum in ratione dilectionis, sed etiam electionis unius præ alio; quando enim Deus providit merita Christi, ut infallibiliter ab eo exhibenda in tempore pro hominibus, vel prævidit Christum et obtulatur efficaciter pro omnibus, vel pro aliquibus tantum; non primum, quia sequeretur voluntatem Christi efficacem non fuisse divinæ conformem, que non omnes efficaciter ad gloriam elegit; si secundum, ergo deo Deus voluit huic & non illam ad gloriam, quia vidit Christum efficaciter sua merita obtulatur pro illo, & non pro illo, atque ita sequitur, ut dicebatur, Christum fuisse causam meritoriam in predestinationibus, non solum in ratione dilectionis, sed etiam in ratione electionis unius præ alio. Neque dicas Christum sua merita pro illis obtulisse, quos Deus voluerit, & consequenter electionem horum præ illis refundendam esse in divinam voluntatem, ut in prima radice. Nam Christum de facto merita sua efficaciter pro electis tantum determinatè obtulit, non in consilio ut conflat ex illo Ioan. 17. *Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi, qui tui sunt, &c.* Itaque ratio, quam adducit Suarez ad probandum predestinationem nostram in ratione electionis ad gloriam factam non fuisse propter merita Christi, quia non debuit divina voluntas in gravissimo divinæ providentiæ negotio, qualis est predestinatio, humane conformari, sed potius contra, plane optima est, & obvia, sed qualiter probat in uno, & altero sensu, & absolute concludit predestinationem, quoad ordinem intentionis spectatam, ut importat primum illud decretum, vel pro-

propositum dandi gloriam, esse omnino ex divino beneplacito independentem a meritis Christi.

Secundo precipaliter solet probari conclusio ratione ex Scoto deducta loc. cit. 3. disp. 19. quia omnes electi prius electi, & predestinati fuerunt, quam peccatum, & Passio Christi, ac meritum eius fuerit privilegium ergo Passio Christi non fuit meritoria causa nostrae predestinationis, consequentia patet, quia ex acta dictis, si Adam non peccasset, adhuc Christus venisset, licet non in carne passibili, & mortali quia Christus erat capax predestinationum, & primogenitus, ergo circumscripta Christi passio adhuc fuisset eius predestinatio, & aliorum electorum; Tunc quia idem adhuc sequitur oppositum sustinendo, nempe quod Adam non peccaret Christus non venisset, nam iuxta hanc viam tantum venisset, ut predestinatio Adae, & aliorum electorum habere posset effectum suum, qui impediebatur propter peccatum; ergo etiam iuxta hanc viam predestinatio electorum non pendebat ex passione Christi tanquam ex causa meritoria, sed solum consecutio beatitudinis; ita dicitur Faber cum alio Scotis 3. disp. 48. cap. 2.

Respondent Suarez, & Vulpes argumentum probare ad summum non fuisse causam Christum nostrae predestinationis meritoriam per meritum suae passionis, & alios actibus ab ea dependentibus; ac universatim non probare, quia non sola passio fuerit, sed alii quoque actibus a passione independentibus, ut fuerunt actus interni, quibus meruisset adhuc, si Adam non peccasset, & status innocentiae permansisset, unde dicit potest, Christum saltem per istos actus nostram meruisse predestinationem, praecipue quia potuerunt esse praevia Deo in primo signo ante electionem predestinatorum. Ac insit Gallus haec Christi merita in statu innocentiae per actus internos futura, quibus Christus fuisset causa meritoria predestinationis aliorum esse penitus conficta, & commentitia. Sed Bellarus inquit, non videtur, quo fundamento id negetur, nam Christus de facto videtur meruisse per actum amoris Dei, & proximi, qui non dependet a corpore passibili, & per hunc actum meruisset etiam, si illa innocentiae permansisset, ergo dicitur Adversarii, potuisse Christum saltem per hos actus internos a corpore passibili independentem nostram meruisse predestinationem, quia saltem isti actus potuerunt esse praevia Deo in primo signo predestinationis Christi ante aliorum predestinationem electionem. Facendum esse itaque ait, rationem adductam non probare universatim, sed tantum de actibus a corpore passibili dependentibus, & ad hoc limitate prohibendum fuisse a Scoto adductam loc. cit. mirum non fuisse Christum causam nostrae predestinationis per merita suae passionis, de meritis enim passionis Christi ibi loquebatur, quae per rationem allatam optime probantur non potuisse esse causam nostrae predestinationis meritoriam, sed an haec merita a passione independentia in Christo admitti debeant, dicemus artic. seq.

Tertio itaque universatim potest conclusio probari ex aliis Scoti principiis ab eo praetactis. 1. disp. 48. in materia de predestinatione, quod, scilicet, omnis ordinata voluntas prius vult finem, quam media ad finem, cum ergo merita Christi ut ad nostram gloriam ordinata, sint media, videntur in Deo supponere aliquam intentionem talis finis, cuius ipsa non fuit ulla modo ratio, aut motivum; ergo esse non potuerunt universatim, loquendo de meritis Christi etiam ab eius passione independentibus causa nostrae predestinationis meritoria quoad ordinem intentionis, & ut importat primum illud decretum, & propositum dandi gloriam; assumptum vero illud de ordine finis, & media late probatur, est ac propugnatum a pluribus Adversariis, evasivibus lib. 1. disp. 5. q. 2. art. 4. Hanc rationem ceteris validiore eximitur Suarez loco cit. quam proinde solvere nititur concedendo, voluntatem, qua Deus voluit electionem predestinationum, esse voluntatem finis, sed negat voluntatem, qua Deus voluit Christum, ut causam nostrae salutis meritoriam, fuisse saltem in eo priori signo voluntatem mediae, nam in eo signo, in quo Deus voluit, Christum hominem Deum propter se, voluit quoque merita ipsius, non ut media, sed ut perfectio, & excellentia sine ipsis Christi, ut ex se esset sufficiens causa in genere meriti, unde alium est, inquit, velle Christum, ut medium, aliud est velle ipsum, ut primam causam in genere meriti; primum supponit voluntatem finis, non secundum. Hanc tamen, quoque solutionem bene refellit Bellarus loco cit. quia meritum, ut ad finem in ergo ratione formalis dicit ordinem ad primum ut ad finem sit ulla voluntas meriti semper est volitio mediae, atque ita semper supponit volitionem finis; assumptum patet ex dictis q. 2. huius disp. consequentia probatur, quia meritum nullam aliam causam late dicit ad primum, nisi causae instrumentalis in genere meriti, ergo nequit esse volitum, nisi propter finem saltem rationes pro hac assertionem vide apud Smiling. tract. 3. disp. 6. cit. q. 9. an. 638.

In oppositum obicitur primo illud ad Ephes. Benedixit nos

omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo, quibus verbis significatur omnia dona, & quae intrinsece in homine recipiuntur ut auxilia, gratiam, virtutes, dona, peccatorum remissionem, merita, &c. & quae extrinsece dantur, ut electio ad gloriam, & nobis dari per Christi merita; quomodo propositio illa fit universalis, etiam benedictionem electionis comprehendere debet, quae omnium benedictionum fons est, & radix, ita enim videtur exponere ibi Christum hominem, ita dicitur per quem nos benedixit, per eundem nos elegit. Et ita etiam habetur in Epist. 1. Coelestini Papae, ubi dicitur, omnia gratiae, beneficia contingere nobis ex merito Christi. Respondet huc, & similia testimonia significare Christum, eique predestinationem fuisse nostrae predestinationis causam finalem, & exemplarem ut Suarez, quoque explicat, etiam ab aeterno in illo primo signo, non vero meritoriam; & rursus notat consecutionem effectus predestinationis, non vero electionem, & propositum voluntatis Dei pendere ex merito Christi, vel tandem, ut supra dictum est, intelligi debent de predestinatione secundum ordinem executionis, non vero intentionis, cum in hoc sensu dantur testimonia indicentia fuisse ex merito Dei beneplacito; Caesitini vero loco citato, solum docuit omnia beneficia gratiae reparacionis post lapsum contingere nobis ex merito Christi, non vero loquitur de beneficio predestinationis ad gloriam, vel gratiam.

Deinde arguit Amicus loc. cit. si homines predestinati fuissent ad gratiam, & gloriam independentem a meritis Christi, adhuc Christo non incarnato homines salvi facti fuissent, quod est contra Patres passim asserentes, quod si Deus carnis non suscepisset, homo salus factus non fuisset; coniectura probatur, nam decretum de predestinatione hominum fuisset efficax ergo mandatum fuisset executioni, etiam si Christus non fuisset incarnatus. Respondet negando sequamur, quia potuit Deus homines ad gloriam predestinare independentem a meritis Christi, & simul decernere hoc decretum executioni non mandare, nisi dependente a meritis eiusdem, quo supposito non sequitur vi illius decerni homines salvari posse absque merito Christi, quia decretum illud non solum includit voluntatem Dei de predestinatione, sed etiam de executione virtualiter, & radicaliter quam solutionem ad idem argumentum latius explicat lib. 1. disp. de predestinatione q. 2. art. 6. an. 158. ubi instantiam adduxi de voluntate efficaci in Deo dandi hoc anno uberratum tritici, quo ex se immediate nequit effectum habere nisi adiungatur alia voluntas per modum executionis, qua Deus disponit velle pluviam producere, ut finis ille intensus consequatur; & alia plura notavi, ex quibus facile excluduntur replicae hic ab Amico factae contra hanc responsionem.

Sed adhuc insit Amicus, quod ad perfectum caput mysticum quale est Christus, pertinet omnem gratiam, & donum supernaturalium in christum membra meritorie influere, ergo non solum ad Christum mysticum caput hominum pertinet illis omnem gratiam, & gloriam in executione, sed etiam in intentione meriti, cum hac sit fons, & radix reliquarum gratiarum, & donorum supernaturalium. Respondet, ut Christus dicitur caput nostrum mysticum in omnibus & per omnia perfectissimum. Iatis esse, ut nobis fuerit causa meritoria omnium donorum supernaturalium ab initio questionis reclarorum, & quod etiam fuerit causa finalis, & exemplaris ipsius nostrae predestinationis, licet non meritoria, & neque opus est, ut caput inflat in membra in quocunque statu, sed iustici, quod insit in ea, quando actu unita reperitur in corpore, & ut actu participant vitam, qui est ordo executionis, non intentionis. Decretum, res eo modo eveniunt in tempore, quo ab aeterno Deus ordinavit illas eventuales sic est, quod omne beneficium predestinationis collatum in tempore, consequitur ex parte meriti Christi; ergo ita quoque Deus ordinavit, & predestinavit in tempore. Respondet hoc eodem argumento me loc. cit. disp. 5. de predest. q. 2. art. 5. q. 6. demonstrasse, voluntari per modum intentionis deberi in Deo quoque adungi voluntatem per modum executionis internae, nam si v. g. voluntati per modum intentionis dandi uberratum tritici, non adiungamus in divina mente aliam voluntatem per modum executionis internae decernentis de modo producendi tritici, sequeretur, alio modo Deum res producere in tempore, quam decerneret ab aeterno, siquidem ab aeterno prius efficaciter voluit uberratum tritici, quam pluviam, & in tempore prius produci pluviam quam tritici; itaque argumentum probat, Deum predestinasse nobis gloriam dependentem a meritis Christi, ut hac importaret divinam volitionem per modum executionis internae, non autem per modum intentionis solum finem respicientis, & non modum consequendi illum.

Postremo arguit Poncius disp. 3. q. 8. quae. ultim. num. 65, quia Christus fuit predestinatus ante omnes alios, & in illo priori poterat meruisse merita ipsius futura; ergo poterat Deus propter illa predestinare homines ad gloriam; quod si poterat, dicitur.

dicendum ita factum esse, cum cedat in maiorem Christi honorem. Respondet negando assumptum, quod secundam partem praesertim obsecundam, & tertiam rationem pro conclusio- ne adductam, unde dici potest prius fuisse completum ordinem creaturarum quoad actum primum, & esse substantiale & beatificum, deinde previas esse actus secundum meritorios ut Bellarus loco cit. ubi etiam solvit quaedam Scoti auctoritates ad Vulpia in oppositum allatas, quae parum omnino ad rem faciunt, ac proinde libenter missas facio; Quod si dicitur omnia Christi merita fuisse ab eius passione dependente, & in ea fundamentum habuisse, ut tenent etiam ex nostris Faber Gallus, & Smiling, tanto magis negandum erit in eo priori signo potuisse merita Christi praevideri, quia Scetus loco cit. inquit omnes electos prius fuisse predestinatos cum Christo, quam peccatum, & passio Christi, a causa eius merita ab illa dependentia fuerint praevia; sed de hoc puncto iam dicemus artic. seq.

ARTICULUS SECUNDUS.

An Angelis quoque Christus primum gratiam sanctificantem meruerit, ac primis parentibus ante lapsum.

Prima sententia absolute affirmat Christum fuisse causam meritoriam totius gratiae, & gloriae, omniumque donorum supernaturalium Angelis collatorum, & sic etiam dicitur de prima gratia sanctificante primis parentibus collata in statu innocentiae; ita Thomae quaequampres Receptorum, Suarez, Valencia, Graudus, Tannerus, Pasqualis, Morandus, Amicus, Hurtadus, Lorca, & ex nostris Vulpes, Bellarus, Aretius, Poncius, & alii. Altera sententia negat, quae dicitur fuisse Alensis, D. Bonav. Riccardi, Aegydi, & aliorum antiquiorum, quam non parum etiam ex recentioribus defendunt utriusque Scholae, Bannes, Seno, Alvarez, Molina, Vafquez, Beccanus, Lugus, Becol, Aversa, & ex nostris Faber, Gallus, Smiling. Ceterum, dicentes hanc fuisse veram, ac genuinam nostri Doctoris sententiam; sed quoniam Scetus de hoc puncto expressè non est locutus, & Scotus fuit inter se divisus, illud nobis statuendum erit, quod eius principis consonantius videbitur.

Scotus prioris sententiae inde eam aurumant Scoti principis conformiorum quia tenet Doctor, quod si Adam non peccasset, adhuc Verbum naturam humanam assumpsisset; ergo ex hoc principio cogitur fieri Christum meruisse gratiam, & gloriam Angelis, ac primis parentibus in statu innocentiae, nam praevidebatur venturus, ac meritum etiam ante lapsum ipsorum; Cum ergo ex eo supposito, quod fit primum predestinatorum, & venturus, etiam si Adam non peccasset, potuerit praevideri multa ipsius merita independentia morte, passione, & quacunque fuit carnis passibilis, & propter quae convenitissimum esset, ut Deus omnem illas gratias conferret, omnino afferenda videtur illa sententia, quia id deceret in maiorem Christi honorem, & redderet etiam Angelis, quam Adamus etiam per eo tempore, quo erat innocens, ipsi obligatis; ita dicitur Bellarus disp. 14. cit. q. 4. n. 27. & Poncius disp. 38. q. ult. Ac Scotus posterioris sententiae haec Christi merita ab eius passione independentia, quae proinde ante lapsum, & Christi passionem praevidebantur, somnino negant; unde etiam Christus ante omnem creaturam fit predestinatus, eius tamen merita solum post praevisionem peccati, & decretum de suo adventu in carne passibili, praedicta fuisse dicunt in Scoti sententia, atque idem negant ex eo principio cogi nos fieri gratiam Angelis, & primis parentibus collatam fuisse ex meritis Christi concessam, ita Smiling. tract. 3. disp. 6. q. 10. de providentia Dei, & Gallus in 3. disp. 19. p. an. 11. qui ulterius addit, Christum si in carne impassibili venisset, supposito statu innocentiae, nullo modo meritorum, quia enim tunc fuisset perfectè comprehensor, & nullo modo viator, siquidem fuisset in carne impassibilis, atque ideo perfectè Deus coniunctus secundum utramque affectionem, tam utilitatis, quam commodi, fuisset consequenter omnino exclusus a potestate merendi; unde concludit merita, quae dicunt priores Scotus, Christum habiturum supposito statu innocentiae esse prorsus conficta, & commentitia, quod tamen postea admittitur videtur 3. disp. 7. con. 3. in fine.

Sed quaequid sit de hoc puncto, an Christus in statu innocentiae ex hypothese fuisset meritorius, nec ne; loquendo de facto, sermo opinor nulla habuisse merita, nisi a carne passibili dependentia, & eiusque passione; unde licet etiam per alios actus ante mortem meruerit, tamen per mortem omne praecedens meritum eius consummatum est, non solum terminativè, quia per mortem ultimum meruerit, sed etiam causaliter, quatenus caetera eius merita efficacia esse voluit Deus sub conditione mortis subsecutae; ut Smiling. ad verit. disp. 6. cit. num. 67. & clare ostendit ex Apostolico ad Heb. 9. id declarante insigni similitudine

ne testamenti, quod non valet, nisi interveniat morte; tunc, ac proinde ipse Christus iam moriturus dixit consummatum esse, & denique omnia Christi merita efficacia fuisse ex conditione mortis subsecutae, clare deducitur etiam ex pacto a Deo cum Christo initio laiae c. 13. si postea pro peccato animam suam, &c. Ex quo deducitur nulla Christi merita a passione independentia fuisse praevia ante praevisionem peccati Adae, & passionis Christi intuitu quorum contrulere Angelis, & primis parentibus in statu innocentiae primam gratiam sanctificantem, & gloriam. Et hoc totum consonat dictis Scoti 3. disp. 7. q. 1. §. sed hoc sunt duo dubia, & distinctio. 19. qu. unica §. in ista quaestione, ubi docet Christi meritum fuisse ordinatum post peccatum hominis lapsum tanquam in eius remedia non ergo ante facta praevia merita aliqua a passione independentia, intuitu quorum & Angelis, & primis parentibus in statu innocentiae collatae sunt gratia sanctificans, & gloria, ut inquam vocavit prior sententiae, & planè Scetus nullibi alia Christi merita unquam memoravit, nec unquam menit, nisi meriti redemptionis.

Respondet Poncius, quod licet de facto non habuerit Christus merita, quae saltem per accidens a morte eius, & carne passibili non dependeret; alicui tamen fuerunt per se, & essentialiter ab ea independentia, ut actus amoris Dei, & proximi, quae eadem numero fuisset habiturus, quamvis venisset in carne impassibilis, nam certe sicut illi predestinati, qui de facto nascuntur a reprobis, & dependent ab illis, non ita tamen dependent ab illis qui essent futuri, etiam si manifeste statui, innocenter, & consequenter non essent illi reprobis, ut eorum deo usque utriusque plurimi elicti ab anima Christi, licet de facto dependentia a carne passibili, sicut & ipsa anima, tamen non ita ab illa carne dependent, quam quam vis non esset caro Christi passibilis, licet reprobis non essent, nisi fuisset commissum peccatum, eodem numero actibus fuissent, Haec tamen solutio vim argumens, non servat, quia meritum, ut moveat in praevisione, debet praevisionem eo penitus modo, quo a parte rei erit, ut constat ex dictis num. 455, quia meritum non est causa praemii praevisionem tantum, ut possibile, vel sub conditione futurum, sed ut futurum absolute, & nunc, licet ergo Adam non peccante, & statu innocentiae durante, posuisset Christus habere plurimos actus meritorios eodem numero quoad substantiam cum illis, quos de facto habuit, ac etiam futuri essent tales actus a carne passibili independentes ex hypothese, quod Adam non peccasset; nihilominus actu in ista praevisione, vel ut praevisionem futuram, vel ut conditionem futuri, nequeant esse causa alicuius praemii, vel doni Angelis collati, & primis parentibus in statu innocentiae, quoniam manifeste movet in praevisione, ut dicebam, debet praevisionem eo penitus modo, quo a parte rei erit; cum igitur praedicti actus non essent reipsa futuri, nisi dependentes a carne passibili, etiam si illius dependentia, fuerit per accidens, non potuerunt esse causa alicuius praemii, nisi ut sic dependentes praevisionem igitur alicuius praedictionis Angelorum, & omnium gratiarum illis conferendarum completa fuerit ante praevisionem peccati, & passionis Christi, iam illa absolute non poterant esse ex meritis Christi, quae sua efficaciam ex passione traherent modo iam declarato.

Volunt tamen adhuc respondere Scotis: primae sententiae, quod sicut in eo signo priori ante praevisionem peccati, tum hominis, tum Angelorum, tum hominum, tum Angelorum, & cetera incarnato quoad substantiam, licet non adhuc quoad modum, nam, scilicet, in carne passibili, vel impassibili; ita pariter in eodem signo fuisse praevia merita Christi, ut absolute futura, licet non adhuc, ut dependentia a carne passibili, vel impassibili, ita in eo signo pariter fuerunt praevia merita Christi, quoad substantiam, licet non quoad modum, sicut Angelis, & primis parentibus in statu innocentiae primam gratiam sanctificantem, & gloriam eius correspondentem, ita; fuerit, incarnatus non tantum, ut salvator hominum, sed etiam ut sanctificator, & glorificator Angelorum, quod utique eodem in maiorem Christi excellentiam; Neque obstat, quod de facto omnino Christi merita fuerint dependentia ex carne passibili, & viis etiam habuerint ex eius passione, sicut enim per accidens fuit, quod evenerit in carne passibili, nempe ex occasione peccati praevia; ita etiam per accidens fuit, quod eius merita dependente ex carne passibili, & ex eius passionibus viis haberint; quando quidem ea etiam seclusa, ex inhaita supposito dignitate valorem habuissent in finem; Nec etiam obstat, quod Scetus lib. 1. cit. dixerit meritum Christi non fuisse ordinatum, nisi post hominis lapsum; inquit enim tunc fuisse ordinatum, non quidem absolute quasi non fuerit in aliquo priori signo praevium, ut absolute futurum, sed fuisse ordinatum in remedium peccati, quod utique verum est; itaque iuxta hanc viam tam gratia, & gloria hominum, quam Angelorum in consecutione, & executione fuit ex meritis Christi, sed non eodem modo, nec sub eodem.

eadem titulo; nam gratia Angelorum, & primorum parentum fuit ex merito Christi præcipue per modum meriti consideratis, & imperationis; a gratia, & gloria hominum fuit ex merito Christi etiam per modum redemptionis, satisfationis, & præteritis atque idem respectu hominum non tantum dicitur sanctificator, & glorificator, sed etiam Saluator, & Redemptor. Quare ex eo principio, quod si Adam non peccasset, Deus Incarnatum fuisset, non cogitur primam tenere sententiam, ut Scotiæ illi dicebant, sed utramque postquam probabiliter defendere modo iam declarato.

492 Alud principium, ex quo deducunt Scotiæ primæ sententia, tenet nos ad eam amplectendam, est quia Christus, in quantum homo, non modo hominum, sed etiam Angelorum est caput. at capitis est vitæ influere in membra, ergo etiam mystici huius capitis est influere in homines, & Angelos vitam gratiæ, & gloriæ, quam quidem non potuit, in quantum homo, aliter quam mediante merito in eos influere. Cæterum neque hoc argumentum nos in eam compellit sententiam, nam in primis opus non est, caput in omnia membra vitam influere, cum etiam in corpore naturali sint quedam partes; que non vivunt, ut dentes, & ossa, sed facti est, quod vitam, vel motum aliquem vicalem in eas influat, sic igitur in proposito, ut Christus dicitur caput mysticum, nempe hominum, sed Angelorum quoque, facti est, quod istis meritis influxum interæ illuminationis, & gloriæ, & gaudii dumtaxat accidentalis, quod Angeli conceperunt de suarum restituratione, ad quas reparandas assumpti sunt homines per Christi merita redempti, per quem interiorum influxum illuminationis, & non tantum per externam gubernationem, dicitur Christus verum, & proprium caput Angelorum, non autem per influxum alicuius gratiæ, vel gloriæ essentialis, sic enim SS. Patres, & Theologi præsertim explicare solent in Christo analogiam capitis respectu Angelorum, quod etiam Scotus ipse inuissè videtur 3. dist. 19. par. 2. sed his sunt, ubi inquit merita Christi non fuisse causam summi præmii, qualis est gloria, antequam essent actu exhibitæ, sed tantum gratiæ reconciliatiæ, & remissionis peccatorum, quæ de causa inquit nulli hominum ante passionem Christi actu exhibitam concessum fuisse ingressum in Cælum, cum ergo Angeli talem haberent ingressum, & præmium beatitudinis sint consecuti ante passionem Christi,

videntur ex mente Doctoris illud non habuisse ex merito Christi, alioquin summum beatitudinis præmium haberent propter merita Christi nondum actu exhibitæ, sed tantum prævia, quod ibi expresse, negat. Quamvis verò spectat ad testimonia Scripturæ, & Patrum, quæ pro una, vel altera parte solent adduci, bene notavit Suarez, neutram illarum posse eviderent convinci, quia extant testimonia Scripturarum, & Patrum pro utraque parte, nam pro parte affirmante assunt omnes illæ Scripturæ, quæ universaliter, & sine exceptione negant aliquem saluari nisi per Christum vel universaliter affirmant omnes saluati per Christum, unde & de Angelis intelligi debere videntur; que tamen testimonia parte affirmantem non convincunt, quia tam ex subiecta materia, vel ex loco illorum, quam ex Patrum expositione optime explicatur, quod loquuntur solum de salute hominis lapsi, & in hoc sensu omnium salus in Christi merito referri solet à Scripturis, & Patribus. Pro parte verò negante faciunt Scripturæ afferentes, quod Christus pro Angelis mortuus non sit, sed tantum pro hominibus, & quod dicitur Redemptor hominum non verò Angelorum, unde habetur in Symbolo *Propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cælis, & incarnatus est, & alia loca similia, quæ optime explicantur à parte affirmante dicendo meritum Christi respectu Angelorum habuisse tantum rationem meriti imperationis, non verò præteritis, & satisfationis, idæoque non dicit Redemptorem, vel Salvatorem Angelorum, sicut dicitur hominibus, & idem licet natus fuerit, & incarnatus etiam pro Angelis, non fuit tamen pro illis natus, & incarnatus, ut Saluator, sed ut Glorificator, & Sanctificator; Cùm ergo pro utraque parte extant testimonia Scripturæ, & Patrum, neque pro una, vel altera parte convincatur, & sufficienter, ac præ explicatur ab hac, & illa, & cum nec etiam Doctor uni, vel alteri parti faveat, vel contradicat, utraque pars etiam Scotiæ sit relinquenda pro libito probabiliter defendenda, neque ab uno principio in Schola nostra recepto ad alteram potest addungi, ut illis constat ex dictis; Qui partem affirmantem sequi voluerit, consulat Patrem Bellurium Collegæ meum loc. cit. qui eam egregie defendit, & qui verò negativam legit Smithg. loco citato, ubi eam pro dignitate tractat, itaque nihil pro ea desiderandum reliquit, & probabilior tamen adhuc sententia partem affirmantem, utpote quæ credit maiorem Christi Domini excellentiam.*

DISPUTATIO QUARTA DE SATISFACTIONE CHRISTI DOMINI.

QUESTIO PRIMA.

An primaria, & adæquata causa Incarnationis fuerit remedium, vel satisfactio pro peccato, an sit si Adam non peccasset Verbum non fuisset incarnatum.



Hæc est celeberrima Controversia inter omnes ad 3. partem vel 3. lib. sententiarum spectantes, in qua est sermo de causa finali incarnationis, & non est dubium, quin finis ipsius fuerit redemptio hominum à peccatis, siquidem ita habetur expresse in Symbolo *Propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cælis, & incarnatus est*, & in 3. dist. 1. qu. 1. art. 3. & cum eo Thomæ omnes, ac plurimi Societatis Theologi, Caiet., Medina, Capreolus, Ferrariensis, Molina, Valentia, Valquez, Beccanus Bonacina, Curiel, Lugo, Bernaldus, Amicus, Arriaga, Corneo, Ragula, Tannerus, Orlandus Meracius, Pasqualigus, Calpensis, & alii Secunda sententia extrema asserit finem primarium, & præcipuum Incarnationis fuisse excellentiam ipsius mysterii, & manifestationem bonitatis Dei, aliorumque eius actorum secundariorum verò redemptionem generis humani, idæoque hoc sine deficienter, quia tamen adhuc primus remansisset, Verbum adhuc fuisset incarnatum, ita Alensis 3. p. qu. 1. memb. 13. Albertus Magnus 2. dist. 1. art. 4. & D. Bonav. dist. 1. art. 2. qu. 2. quamvis oppositam teneat, hanc tamen rationabilem vocat, & sublioriorem Scotus ex professo 3. dist. 7. qu. 3. & dist. 19. qu. univ. & cum eo Scotiæ omnes, tam veteres quam recentes, Tarret., Licher, Mairon, Faber, Rada, Vulpes Bellurus, Poncius, Gallus, Arctinus, Centinus, & alii Noeretic, ut Baldius, Morandus, & præteritis egregie doctrinosis Aristius in Apoc. vel. 5. excursu 4. & 5.

tem assumi à Verbo propter remedium peccati duntaxat, itaque si Adam non peccasset Verbum de facto incarnatum non fuisset, ita D. Thomas 3. part. qu. 1. art. 3. & in 3. dist. 1. qu. 1. art. 3. & cum eo Thomæ omnes, ac plurimi Societatis Theologi, Caiet., Medina, Capreolus, Ferrariensis, Molina, Valentia, Valquez, Beccanus Bonacina, Curiel, Lugo, Bernaldus, Amicus, Arriaga, Corneo, Ragula, Tannerus, Orlandus Meracius, Pasqualigus, Calpensis, & alii Secunda sententia extrema asserit finem primarium, & præcipuum Incarnationis fuisse excellentiam ipsius mysterii, & manifestationem bonitatis Dei, aliorumque eius actorum secundariorum verò redemptionem generis humani, idæoque hoc sine deficienter, quia tamen adhuc primus remansisset, Verbum adhuc fuisset incarnatum, ita Alensis 3. p. qu. 1. memb. 13. Albertus Magnus 2. dist. 1. art. 4. & D. Bonav. dist. 1. art. 2. qu. 2. quamvis oppositam teneat, hanc tamen rationabilem vocat, & sublioriorem Scotus ex professo 3. dist. 7. qu. 3. & dist. 19. qu. univ. & cum eo Scotiæ omnes, tam veteres quam recentes, Tarret., Licher, Mairon, Faber, Rada, Vulpes Bellurus, Poncius, Gallus, Arctinus, Centinus, & alii Noeretic, ut Baldius, Morandus, & præteritis egregie doctrinosis Aristius in Apoc. vel. 5. excursu 4. & 5.

Tertia sententia media est quorundam Recentiorum, qui ut salvarent testimonia Scripturæ, & Patrum, pro utraque parte militantium, dixerunt vi præteritis decreti, ita Verbum incarnatum, ut adhuc cessante peccato, & sine redemptionis venire non quidem ex vi eiusdem decreti, sed alterius, quod factum esset data hypothese, & in hoc sensu explicant Patres afferentes Adam non peccante Christum non venturum, ita Suarez, Hurtadus, Granadus, & Averia, qui specialiter ulterius

Questio I. De primaria Incarnationis Causa. Art. I.

ulterius opinatur, ut hanc opinionem statuat mediam, Deum in primo signo decrevisse ante prævisionem peccati communicare se nature rationali prævidendo à natura Angelica, vel humana, immediate, & proxime ob gloriam suam, & ob manifestandam eximiam suam bonitatem per hanc excellentissimum communicationis modum; post prævisionem verò peccati determinasse assumpturam naturam humanam in carne passibili; unde absolute ait dicens dum de facto, quando specialiter determinavit naturam humanam assumere, hoc factum fuisse primò, & principaliter, sed immediate, & proxime ob finem nostræ redemptionis à peccato, & hoc modo salutar omnes auctoritates afferentes remedium peccati fuisse motum adventus Christi, ita dicitur 3. sct. 2. & 4.

ARTICULUS PRIMUS.

Decretum Incarnationis præcessit visione peccati.

Hæc est prima conclusio pro decisione questæ, quæ adò certa est, ut eam delectandam plures ex Auditoribus etiam primæ sententiæ; Fundamentum est, quia Christus prædestinatus fuit ante visionem cuiuscumque peccati, & ante voluntatem permitendi illud, quæ quæ necessario sequitur decretum Incarnationis Christi fuisse prius secundum rationem visionis peccati Adæ, eo modo quo assignari digne potest ordo prioris, & posterioris in actibus divini intellectus, & voluntatis modum iam explicato lib. 1. tract. de Intellectu, & voluntate Dei? Quod autem Christus prædestinatus fuerit ante prævisionem peccati probatur omnibus illis Scripturæ locis, quibus significatur Christum fuisse prius prædestinatum, ut Proverb. 8. *Domino possedit me ab initio viarum suarum, quem locum plures Patres exponunt de sapientia incarnata, unde Sepтуаquinta legitur, Creavit me initio viarum suarum.* Et ad Ephes. 1. *Electus sum in ipso ante mundum constitutionem, & ad Hebræos 8. Quos præfavit, & prædestinavit conformes fieri imagini filii sui, ut ipse primogenitus in multis fratribus.* Et ad Colossens. 1. *vocatur Christus primogenitus omnis creatura quoniam in ipso condita sunt universa omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes.* Et 1. Corinth. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus vero Dei filius ergo Christus prædestinatus est caput omnium prædestinatorum, iam prædestinatus fuit ante prævisionem peccati.*

Respondent alii quæ prædicta loca intelligenda esse de Verbo ipso, vel de Christo, quatenus Deo. Sed contra est, quia in primo loco non diceretur *Domino creavit me*, quia Pater non dicitur Dominus Verbi, ut Deus est, sed ut homo, nec Verbum dicitur potest creatum; Tùm quia omnia loca ex Apostolo allata Concilio Ephesinum tom. 1. cap. 4. in Epistola Cyrilli intelligit de Christo, ut homine; Et Concilio Sardicenses ep. ad omnes Episcopos *ly primogenitum*, exponit de Christo homine; & eodem modo exponuntur hæc loca à pluribus Patribus, quæ sanè expolitio conformiter est textui Apostoli expresse loquentis de Christo, ut homo est. Respondent secundo alii Christum esse primum, & caput omnium prædestinatorum, non ordinetur causalitatis, sed dignitatis, & excellentiæ. Sed contra est, quod Scriptura locis citatis non loquitur solum de creaturis à Deo productis, sed etiam de productionibus ipsarum, & de ordine causalitatis. secundum prius, & posterioris, & in hoc sensu inquit Christum omnia præcessisse; ergo fuit primò inter omnes creaturas electus, tam ordine excellentiæ, quam causalitatis. Tùm quia Apostolus loc. cit. quod omnes sint prædestinati ad exemplar Christi, & ipse ipse primogenitus inter omnes ex eo deducit, quod *Omnia in ipso, & per ipsum condita sunt*, quæ planè præis non tantum indicat primatam excellentiæ, & dignitatis, sed etiam causalitatis.

Respondent tertio alii Deum, antequam ullam prædestinationem prævidisset peccatum futurum, pro prævio Christum prædestinatum in remedium peccati, & postea cæteros, & hac ratione dicitur caput, & primum inter prædestinatos. Sed contra, quia si Christus prædestinatus est in remedium peccati Adami, & posteriorum ergo iam Deus volbat eorum salutem, & ex intentione talis fuit assumptus tale medium, ergo iam illi erat primò prædestinatus, & postea Christus, ne eorum prædestinatio suo sine frustraretur. Respondent quarto alii Christum ante omnes creaturas fuisse volutum, ut causam omnium, tam quoad prædestinationem, quam quoad productionem, non quidem intentione efficiaci, quia primò voluerit Christum producere, quia hæc secuta est prævisionem peccati, sed simplici affectu, & voluntate antecedenti, quo patet dat omnibus Deus auxilia sufficientia propter beatitudinem, quam solum voluntate antecedenti vult omnibus uni universaliter, non autem efficiaci, nisi electis tantum. Sed contra, quia hæc expositio textui ipsi iam adducto adversatur, in quo sit sermo de voluntate efficiaci, non autem inefficiaci quæ enim dicitur *Domino possedit me, seu creavit*, sermo est ibi

de decreto condendi omnia, quod utique ad voluntatem spectat efficiacem; & pariter dum dicitur, Christum produisse primogenitum ante omnem creaturam, & esse primogenitum in multis fratribus, & constitutum esse caput corporis Ecclesiæ, & causam exemplarem nostre prædestinationis, hæc planè saluari nequeunt per solum simplicem affectu, sed sunt effectus voluntatis efficiaci.

Respondent quinto alii, in eo eodem signo ratæ omnia Deum voluisse Christum, ut finem rerum omnium, quæ eius voluit omnia referri in gloriam Christi & honorum; & simul voluisse illum in remedium peccati in eodem signo prævisi scientia visionis; Unde sequitur, quod si peccatum non fuisset, Verbum non fuisset incarnatum, quia ita est voluta incarnatio, ut finis, ut in eodem signo sit voluta connexa cum remedio peccati; potest autem aliquid esse prius alio, & necessario annexum cum illo, ut Pater est prior filio, necessario tamen connexus cum illo, & finis est prior unico medio, & adhuc necessario connexus cum illo. Sed Contra, quia si incarnatio prædestinata fuit propter remedium peccati, ita ut hoc sit causa motiva incarnationis, nempe intervenit connexio, sed etiam vera ratio finalizandi, & consequenter neque ordine finis incarnatio esse prior, nam lub ea ratione, quæ aliquid est finis, nequit esse medium, atque ideo si incarnatio fuit propter peccatum tollendum, nequit ullo modo esse finis eiusdem. Et quamvis aliquid esse possit prius alio, & adhuc necessario connexus cum ipso, ut dicunt allata exempla, hoc tamen non habet locum in proposito, quia cum incarnatio sit voluta propter remedium peccati, jam non poterit esse prior eo ordine finis, & intentionis. Accedit, quod etiam in exemplis allatis unum non dicitur esse necessario connexus cum alio ea ratione, quæ est prius alio, quia prius, ut prius, est absolutum, & independens à posteriori, ex 5. Metaph. cap. de prioris; Unde Pater, quia ratio ne est necessario connexus cum filio connexione relativa, dicitur esse simul natura, sed natural. existentia cum ipso, & dicitur eo prior prioritate originis, non nature. Vide Radam 3. p. controuv. 5. art. 3. notab. 4. ubi hanc rationem ex relictis auctoritate Ruperti Abbatis lib. 3. de gloria, & honore filii hominis in Martham, & Cyrilli lib. 5. Thelauri cap. 3. in quadam disputatione contra Arianos habita.

Secundo probatur ratione, quia verisimile est illum modum servatum esse a Deo in prædestinatione Christi, qui magis conveniens fuerit excellentiæ Christi iuxta regulam Doctoris; dist. 13. q. 1. *In commendando Christum malo excedete, quam desicere à laude filii debita, si propter ignorantiam oportet in alterum incidere, sed prædestinatio Christi ante omnem creaturam est magis conveniens, & rationi consentanea, ergo, &c. probatur minor, quia Christus fuit causa finalis, & exemplaris omnium prædestinatorum, nam ut inquit Apostolus, elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, sed aliorum prædestinatio præcedit prævisionem casus Adæ, & præsertim de Adam negari nequit, quod per se electus fuerit ante originale peccatum, & ad gloriam ordinatus fuerit à Deo, antequam casum eius prævideret; ergo multò fortius voluit anime Christi gloriam, quam calum Adæ videret, nec enim verisimile videtur, inquit Doctor, prius Deum præordinasse Adam ad tantum bonum gloriæ, quam Christum. Confirmatur, quia iuxta hanc doctrinam recte saluatur Christum fuisse primogenitum, & initium totius creaturæ; ac simul fuisse causam meritoriam totius gratiæ, & gloriæ, quam Deus contulit hominibus, & Angelis, quod in opposita sententia saluari nequit; cum enim asserat Christum prædestinatum esse post peccatum Adæ, & Angelorum, consequenter asserere tenetur, gratiam primis parentibus collatam in statu innocentiæ, & gratiam, & gloriam Angelis collatam non esse ex merito Christi, ut gratis concedunt Valquez, & alii eiusdem sententiæ sectatores. Denique incarnatio Verbi non est voluta occasione peccati, sed propter se ipsam, sed quia per se est aptissimum opus ad communiandum, & manifestandum divinam bonitatem, ut sepius inculcat Doctor; ergo prius fuit voluta, quam peccatum prævisum originale, quod occasionaliter fuit inductum.*

Respondent Thomæ, Christum fuisse prædestinatum in genere causæ finalis, dependenter tamen à peccato prævisi scientia visionis in genere causæ materialis, & idem licet voluntas incarnationis præcedat in genere causæ finalis permissionem peccati, in genere tamen causæ materialis, permisso peccati fuit prior, quatenus illius voluntatis fuit occasio. Sed re vera hic nulla ratio causæ materialis fingi potest, ut bene inquit Rada, nam si peccatum occasio incarnationis fuit, potius ad causam finalem revocanda erit hæc causalitas, quam ad materialem, quia esse occasionem nisi aliud importaret, videtur, quam Deum movere ad peccatum remedium, quod rationem finis habet; repugnat ergo dicere, incarnationem esse in ratione finis fuisse simpliciter priorem, peccatum verò prædestinatum in ratione occasionis, cum hoc etiam ad rationem finis spectet. Nittur Amicus dist. 7. sct. 2. hanc corrigere, & fulcire responsum dicens, Christum prædestinatum esse finem creaturarum caput.